



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

4. De Magnitudine diuinorum beneficiorum maximè particularium  
expendanda, ad contritionem excitandam.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

2. Quod expient reatum culparum ve-  
nialium, & non raro mortalium, si ad-  
sit propositum eâ oblatâ opportunita-  
te confitendi. 3. Quod nonnunquam  
ijdem actus, si puri sint & intensi, er-  
iām reatum pœnæ tollant. Quām me-  
ritò proinde forent frequentandi om-  
ni possibili, pro mensurā gratiæ, cona-  
tu? Quām consultum esset eosdem ad  
longum exercere compluribus conti-  
nuis diebus in consuetis meditationi-  
bus, ut hīc habitus facilè eos cum exi-  
miā perfectione frequentandi acqui-  
rereretur? In hunc igitur finem præter  
motiuā contritionis, superioribus me-  
ditationibus contenta, alia in sequen-  
tibus suggereremus.

*De magnitudine diuinorum beneficio-  
rum, maximè particularium ad  
contritionem excitan-  
dam.*

IV:

I. Expende hinc multitudinem &  
varietatem tot beneficiorum, tibi  
peculiariter à Deo collatorum, videli-  
cet, quod ab æterno sic dilexerit, & tot  
peculiaribus benedictionibus dulce-  
dini suæ te præuenire decreuerit: in  
tempore sic te redemerit, & tam effi-  
cacerit tibi, præ totalijs, premium  
redem-

redemptionis applicârit, talem, tali tempore, loco, conditione, considerit talibus naturæ & gratiæ dotibus ornârit, tam suauiter, & mirabiliter vocarit, iustificarit, à tot peccatis & miserijs præseruarit, à tot misericorditer liberarit, hucusque sic, quoad corpus & animam conseruet, foueat, ad optissimum incomprehensibilis gloriosum brauium, quasi manu prehensum deducat. Inde vero multiplicatatem tuarum ingratitudinum, quod de illo tam raro cogitâris, tam parum amaris, toutes offenderis, atque etiamnum offendas, si non grauibus, saltem venialibus delictis? tam tepidè perfectione studeas, tam imperfectè omnia tua opera facias. His expensis & inter se collatis, actus contritionis prolixè eliciendus, ut & in sequentibus punctis.

**II.** Expende hinc excellentiam singulorum beneficiorum, quod scilicet singula tibi collata sicut, & nunc conferantur à Deo infinitè bono, liberali, amabili, ex infinito amore, tempore opportunitissimo, ad finem sublimissimum, nimirum ad eximiam gratiam in hac vitâ, & gloriam in futurâ obtinendam. Inde enormitatem tuæ ingratitudinis pro tam eximijs charismatis.

**III.** Ia.

III. Intuere, & admirare hinc abyssalem, & gratuitam misericordiam Dei, quod te præ tam multis alijs melioribus & gratioribus, ex mero beneplacito suo, absque ullo merito tuo, tam peculiaribus gratijs ornare ab æterno decreuerit, & in tempore ornabit, licet præuideret tuam tantam ingratitudinem & tepiditatem. Inde abyssalem indignitatem, & incomprehensibilem stupiditatem tuam, quod tam luculento gratuiti amoris Dei Creatoris & Salvatoris tui erga te incendio ad feruenter redamandum necdum accendaris, necdum ad deflendam insensibilitatem obdurati cordis tui mouearis.

De septem misericordijs Dei expen-  
dendis ad excitandam contri-  
tionem. v.

I. PERCURRE septem misericordias Domini à D. Bernardo insinuatas sermone de 7. panibus, & dispice quam peculiariter eas tibi tam indigno gratiis exhibere ab eterno decreuerit, & in tempore exhibuerit. Sunt autem haec:  
1. Præseruatio à multis peccatis, in que  
L inci-